



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Honorii || Avgvstodvnen-||sis Ecclesiae Presbyteri De ||
Praedestinatione Et Libero Ar-||bitrio Dialogus, nunquàm
antehac || typis expressus**

Honorius <Augustodunensis>

Köln, 1552

VD16 H 4771

Argvmentvm Et Occasio huius libri ex libro secundo Elucidarij eiusdem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29827

HONORII AVGVSTODVNEN-

SIS PRESBYTERI DE PRAE-

destinatione & Libero Arbitrio

DIALOGVS.

ARGVMENTVM ET OCCASIO

huius libri ex libro secundo Elucidarij eiusdem.



DISCI. Quid est praedestinatio Dei?
MAG. Ea dispositio, qua ante crea-
tum seculum quosdam ad suum re-
gnū praedestinavit, de quibus nullus
perire possit, & omnes saluari necesse sit: & quos-
dam ad poenas, quos peccaturos & non reuersu-
ros praesciuit, de quibus nullus saluari possit. DIS.
Si nullus potest saluari nisi praedestinati, ad quid
alii creati sunt, vel in quo sunt rei quod pereunt?
MAG. Quicquid praedestinati faciunt, perire ne-
queunt, quia omnia cooperatur illis in bonum,
& ipsa peccata. Nam post graua facinora humi-
liores erunt, & de sua saluatione vberiores laudes
Deo referunt. Reprobi autē propter electos sunt
creati, vt per eos in virtutibus exerceantur, & a vi-
tijijs corrigantur, & eorum calliditate gloriosiores
appareant: & cum eos in tormentis viderint, de
sua euasione amplius gaudeant. Qui etiam pro-
pter seipsos iustē pereunt, cum malum sua spon-
te eligunt, diligunt, & vellent sine fine viuere, vt
possint sine fine peccare.

A DIA-